

11) Vendenda non sunt a Judaeis.

Vasa sacra vel alia ecclesiastica judaeis vendens est in poenitentia relegandus, et judaei ipsa ementes conveniendi sunt a Judice et ad restitutionem eorum statim compellendi. Gregorius I. lib. 1. Epistol. 66. apud Paravicinum *Polyanthea Sacror. Canonum verb.: Vasa n. 8.*

12) Visitatio.

Vd.: *Visit.* (ss. Oleorum., Baptism., Sacristiae etc.) *Stemma gentilit.; Ostensorium.*

VELAMINA

(In expos. SS. Sacramenti quadrag. horarum)

Vd.: *Expositio SSmi* (velamen etc.) *De Velam. circa altare Expositionis.* Vd.: *Instr. Clem. § VIII. n. 1. 2.*

VELATIO.

1) Imaginum.

Vd.: *Imago* (velatio).

Ad dub. 1.: An tempore Passionis occasione spiritualium exercitiorum in Ecclesia possit discooperiri imago Sanctissimi Crucifixi, ut magis audientium corda conterantur: et insuper an eodem tempore Passionis possint imagines velo ita textitu (vulgo trasparente) cooperiri, ut videri possint?

2.: *Caeremoniale Episcoporum* lib. 2. c. 20. n. 3. praescribit quod ad primas vespas Dominicae Passionis omnes cruces et imagines Salvatoris Nostri Jesu Christi per ecclesiam cooperiantur: quid dicendum de imaginibus Beatae Mariae Virginis et Sanctorum?

S. C. resp. ad I.: Non licere et rubricas praescribere ut imagines velentur, ne conspici valeant.

Ad 2.: Esse includendas.

Die 7. Septbr. 1850.
(Corresp. de Rome 1851. Ed. II. n. 59. p. 223).

2) Sponsorum.

Ad dub.: An ritus receptus vel alibi explicandi velum super sponso annumerandus sit inter laudabiles consuetudines a Tridentina synodo adprobatas, vel potius censeatur prohibitus sub nomine Pallii decreto 23. Februarii 1606.

S. C. resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Die 7. Sept. 1850.
(Corresp. de Rome 1851. Ed. II. n. 56. p. 199.)

VELUM.

1) Altaris.

Remotio in Sabbato s. ad Gloria.

Ad dub.: In missa sabbati sancti super altare paratum ad festum debet necne tolerari magnum velamen nigrum Passionis Domini ad hoc ut ludrica permittatur discensio et amotio illius velaminis in primo ictu tintinnabuli ad intonationem hymni *Gloria in excelsis Deo* etc.?

Resp.: In quibusdam almae urbis ecclesiis et praecise in ea s. Apollinaris, in qua per pontificium seminarium romanum et per collegium Pium ad rubricarum regulas sacrae functiones accurate complentur, usus adest tegendi magno velo violaceo sed absque ullo signo aut emblemate Passionis Domini, frons integra majoris altaris festivis ornamentis jam praeparati, ante quod altare eo modo connectum apponitur alterum altare cum cereis cerae communis et pallio violaceo pro functionibus missam solemnem praecedentibus et cum in litanis perventum fuerit ad *Ÿ. Peccatores*, recedente celebrante cum ministris pro paramentis albis assumendis detegitur altare majus, quod pallio ac cereis albis iisque accensis splendidi-

2) In Benedictionib. Monial.

Vd.: *Bened. Monial.*

3) In bened. cum reliquia s. Crucis.

Vd.: *Bened. cum reliquia etc.*

Ad dubium: Cujus coloris debeat esse Pluviale et Velum humerale pro benedictione cum reliquia s. crucis? S. C. resp.: Servetur consuetudo. n. 4815 ad XIV. 2. die 22. Sept. 1837.

4) Calicis.

(*Quis deponit etc.?*)

Ad dubium: An in Missa privata quando minister non est superpelliceo indutus deceat eum, lecto Offertorio a Celebrante, ad altare ascendere, accipere et plicare velum Calicis, vel hic ritus reservari debeat ministris superpelliceo indutis, vel etiam celebrans ipse debeat plicare velum et super altare ponere?

S. C. resp.: Servandam consuetudinem.

Die 12. Aug. 1854.

(Anal J. P. 1857. p. 2200.)

5) Super Candelabra et Crucem.

Ad dub.: An tolerari possit ut tempore missae et officiorum candelabra altaris, ne pulvere sordescant, aliquo drappo vel tela permaneant vestita, imo ut et ipsa crux eodem modo involvatur, posita alia cruce minori pro cruce altaris pretiosiore sic oblecta?

Resp.: De ornatu altarium ac de candelabris super imponendis pro diversitate dierum et solemnitatum loquitur ipsum *Caeremoniale Episcoporum* lib. I. in toto capitulo XII. Id profecto exigit decor ille qui domui Domini convenit et qui diligendus a nobis est, ut cum Davide dicamus: *Domine dilexi decorem domus tuae.* Cum hoc autem decore minime con-

venit, ut candelabra et crux, posita alia minori et minus pretiosa, drappo vel tela, ut praefert dubium, objecta remaneant tempore missae atque officiorum, nec quemquam fallat qui obtunditur praetextus, ne scilicet pulvere sordescant, tum quod argumentum nimis ac propterea nihil probaret, tum quia si studendum est ut Ecclesia continuo in omni ejus parte munda sit et expolita, tam in pavimento quam in parietibus, columnis, fornicibus et laquearibus etc. ita ut idem Caeremoniale valde opportunum repetet, ubi fieri possit, ut constituantur minister aliquis, cui id curae sit, multo magis et multo facilius candelabrorum nitor et mundities observari poterit, quin tela vel drappo obvolvatur.

Hinc regulae et instructiones, quas in actis Mediolanensis Ecclesiae retulit S. Carolus Borromeus de nitore et munditia sacrae suppellectilis, satis praescribunt qua cautione tractanda sunt candelabra, cruces et thuribula sive argentea sive inaurata sive inargentata sive ex aurichalco; inter quae id statuitur, ut ea, si perpetuo usu adhibeantur, terno quoque die a pulvere et cera, si forte deflexerit, mudentur, si reponenda sint; tunc etiam id fiat; et tractentur adhibito panno vel ferrea summitate capiantur. Quae diligentiae inutiles essent in casu qui proponitur in dubio, cui respondendum esse censeo: „Negative.“

S. C. resp.: Negative.

Die 12. Sept. 1857.

(Anal. J. P. 1858 p. 338.)

6) Celebrantis et Exponentis.

a) Quis removet?

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXIV. n. 1. 4.; *Expos. SSmi* (paramenta); *Processio* (param.); *Pluviale* (in expos. etc.); *Pyxis* (Expos.); *Velum* (quo defertur etc.)

Ad dub.: An quando Diaconus portat e tabernaculo SS. Sacram. exponendum, debeat uti velo humerali vel sufficiat illi habere dalmaticam? S. C. resp.: Si tabernaculum est eodem in altari, velo humerali non est opus; si diverso in altari extaret tabernaculum, velum humerale est adhibendum. Die 16. Decbr. 1826. in *Mexicana* ad 2.

b) Quando imponitur?

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXI. n. 12; *Velum, quo defert. SSmm.*

7) Crucis.

Vd.: *Cruce* (velaminis color.) *Velum sup. candel.*

8) Crucis in processione funebr.

Quum ad cathedralem ecclesiam A. associandum esset cadaver Canonici theologi, cujus domicilium erat intra fines parochialis ecclesiae S. Petri, cui etsi abbatiali unus tantum addictus est monachus ceu parochus cum assistentia duorum sacerdotum e gremio cleri saecularis, cathedralis ecclesiae clerus intervenit, nimirum curatus cum mansionariis et clericis cum elevata cruce, uti moris est, at tamen cum velo. Huic funeri intervenit etiam idem Monachus defuncti parochus cum aliis ecclesiasticis, cum elevata pariter cruce absque velo, quod et in aliis intra annum processionibus etiam interveniente cathedralis capitulo, exequi assolet et supra clerum cathedralis tumulantis praecedentiam sibi vindicavit.

Quod animadvertentes prior et canonici cathedralis ipsius, ut saltem deinceps in similibus quodcumque controversiae germen penitus evellatur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione exhibuerunt, nimirum:

1^o An in associatione cadaveris ad quamcumque ecclesiam, quae non sit

9) B. Mariae V.

a) Reliquia Veli B. V. M.

Vd.: *Reliqu. guttae etc.*

b) Statuae B. M. V. in S. Lauretana Aede.

Benedictus PP. XIV.

Cum sicut accepimus particulae quaedam tam albi quam nigri Veli, quo s. Statua deiparae Virginis in ejus Aede Lauretana sita pro tempore operitur, quodque statis temporibus eidem admovetur, pio confluentium et peregrinantium studio requiri eisdemque certis quibusdam foliis, quae authentica vocantur, insertae distribui soleant et quidem hujusmodi folia hactenus ab uno ex tribus Presbyteris saecularibus Lauretani Sacelli Custodibus designatis privative quoad alios quoscumque subscribi et obsignari consueverint, Nos superiori Anno 1748 ad preces ex parte dilectorum Filiorum Poenitentiariorum in Ecclesia Lauretana Apostolica auctoritate deputatorum per supplicem Libellum Nobis exhibitas rescripto Nostro sub die XI. mensis Junii ejusdem Anni edito dictis Poenitentiaris pro tempore existentibus, quo facilliori et magis expedita ratione Fidelibus hujusmodi Veli particulas expetentibus per eos satisfieri posset, concessimus et indulgimus et ut ipsi quoque super dictarum particularum identitate authentica documenta hujusmodi propria subscriptione et sigillo munire possent. Quia tamen experientia compertum est, concessionem hujusmodi a Nobis favore Poenitentiariorum omnium illic designatorum generaliter factam novae quaestionis occasionem dedisse aliisque animorum perturbacionibus aditum aperuisse, contententibus etiam nonnullis ecclesiasticis Viris ejusdem Ecclesiae servitio addictis aequam sibi facultatem esse debere,

defuncti paroecia, elevanda sit crux ecclesiae tumulantis, an potius etiam illa ecclesiae parochialis defuncti, quamvis ejus cadaver, ut in casu proposito, asportandum non sit ad ecclesiam parochialem?

2^o An in casu quod jus elevandi crucem competat utrique ecclesiae, tumulanti nimirum et parochiali, quaeritur cui competat etiam praecedentia?

3^o An in funerum associatione et in processionibus crux cujuscumque paroeciae et regularis familiae debeat semper deferri cum velo in concursu cum cruce cathedralis et praesertim cum cruce capitulari semper deferenda absque ullo velo?

Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, audita a me subscripto Secretario fideli relatione, ac singulis de more diligenti examine perpensis in ordinario Coetu ad Vaticanum coadunati, rescribendum censuerunt

Ad 1: Juxta alias decreta elevandam esse unicam ecclesiae tumulantis: collegialiter vero interveniente capitulo cathedralis vel alicujus collegatae Ecclesiae, tunc unicam crucem capitularem deferendam.

Ad 2. Provisum in praecedenti.

Ad 3. Quoad funerum associationem provisum in primo in reliquis, quoad velum cruci apponendum servetur consuetudo in iis supplicationibus quae non intervenit capitulum sed uti singuli canonici; nam collegialiter interveniente capitulo sub hujus cruce omnes incedere debent, juxta caeremoniale et alias decreta.

At quae ita rescripsit servarique omnino mandavit.

Die 7. Septembris 1850.

Correspond. de Rome 24. Octb. 1851. n. 80. p. 392.

Idcirco Nos omnes prorsus quaestiones et controversias ab ea praecipue Ecclesia, in qua Aedes servatur, ubi Pacis Author naturam assumpsit humanam, prorsus eliminare cupientes omnibus rei circumstantiis mature pensatis auditis, etiam gravium proborumque Virorum sententiis, non ad alicujus suggestionem aut instantiam sed Nostris motu proprio, certa scientia et potestatis plenitudine praesentium Literarum tenore statuimus atque decernimus: Ut perpetuis futuris temporibus ad solos tres Presbyteros Custodes praefatos privative spectet atque pertineat omnia Vela, quae Statuae Deiparae Virginis diebus ad id designatis admovenda offeruntur, eidem Statuae admovere, ita ut dictorum Custodum opera tantum et non alias Vela hujusmodi in quacumque quantitate fuerint ad ipsius Statuae contactum sint approximanda, eisdemque Custodibus a quacumque persona tam ecclesiastica quam saeculari hujusmodi Vela seu illorum Volumina ad effectum praemissum tradi debeant. Ipsi vero Custodes eadem Vela eorumve Volumina post contactum Statuae juxta morem hactenus servatum, proprio sigillo obsignare et authentica reddere possint ac debeant nec alii cuilibet personae cujuscumque status, gradus, ordinis et conditionis praeter ipsos Custodes liceat in hujusmodi Velis Statuae praefatae admovendis, iisque, ut praefertur, obsignandis se ingerere.

Quum vero ex ipsis majoribus Velis eorumque Voluminibus jam Statuae praedictae, ut praefertur, admotis et obsignatis minores particulae praecedendae et consuetis foliis imaginem Beatae Mariae Virginis repraesentantibus cum solito sigillo aptandae et adnectendae erunt, ut piis Fidelibus et Peregrinis erogentur ac distribuantur, tunc volumus ac etiam statuimus ut tollia hujusmodi cum dictis Veli parti-

culis non solum ab aliquo ex tribus Custodibus praefatis, ut moris erat, sed etiam quoad illas Velorum hujusmodi particulas, quae per praedictos Poenitentiarios distribuendae erunt, ab eorundem Poenitentiarios Collegii Rectore nunc et pro tempore existente dumtaxat, non vero ab alio ex ipsis Poenitentiariis, seu ab alias quacumque Persona cujuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existat, subscribi possint. Quocirca rescriptum Nostrum sub dicta die XXI. Junii 1748 in favorem omnium Poenitentiarios ut praefertur factum ad praemissorum effectum moderamur et coarctamus et quatenus opus sit, Apostolicae potestatis plenitudine revocamus, cassamus et abolemus.

Praedicti autem Collegii Rectori nunc et pro tempore existenti ipsarum tenore praesentium distincte injungimus et mandamus, ut caveat, ne dictas Veli particulas sua subscriptione in foliis praefatis facienda communiat, nisi ipse tuto compertum habeat, ipsas Veli particulas praecisas esse ex iis Velis seu Velorum voluminibus, quae a dictis Custodibus Statuae praefatae admota fuere idque ex apposito ipsorum Custodum signo cognoverit, ejus conscientiam super hoc onerantes ac etiam prohibentes ne unquam folia hujusmodi aliud quidquam, praeter consuetam Beatae Mariae Virginis Imaginem receptamque attestationis formulam exclusis aliis quorumcumque Sanctorum Imaginibus aut aliorum verborum inscriptionibus praeseferant, inhibentes quoque praedicto et pro tempore existenti ipsius Collegii Rectori, ne unquam ullaque etiam infirmitatis aut absentiae causa etiam quamcumque Personam ad ea folia vice sua subscribenda valeat subrogare.

Ad haec, quoniam non sine gravissima animi Nostris molestia accepimus, quosdam perditionis filios olim

non defuisse, qui piam Fidelium devotionem erga Velorum hujusmodi particulas in proprii quaestus occasionem convertentes a confluentibus et peregrinantibus exiguos quosdam nummos in particularum hujusmodi traditione exigere non dubitabant, ne forte detestabile malum hujusmodi quandoque de novo subrepat, opportunum adhibere remedium non omittimus proptereaque simili Motu, scientia et potestatis plenitudine inhaerentes etiam aliis Apostolicis Praedecessorum nostrorum ipsiusque Lauretanae Ecclesiae Synodalibus Constitutionibus, omnibus et singulis tam Sacrae Aedis Custodibus quam dicti Collegii Rectoribus pro tempore existentibus aliisque sive Ecclesiasticis cujuscumque status, gradus et conditionis saecularibus, et cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti etiam Societatis Jesu Regularibus, sive laicis personis quibuscumque earundem praesentium tenore velamus et interdiciamus, ne hujusmodi Velorum et particularum causa quidquam directe vel indirecte, etiam recognitionis, muneris et strenae nomine sive incommodi et laboris obtentu, etiam a sponte dantibus accipere audeant vel praesumant, sed eorum distributionem gratis omnino et pro solo B. Virginis honore et Fidelium spirituali consolatione et munimine fieri praecipimus. Contravenientes autem etiam pro prima vice, si Ecclesiastici fuerint, poenam suspensionis a Divinis ipso facto incurrere, si vero Laici, ab ipsius Lauretanae Civitatis et Sanctuarii Gubernatore tanquam Congregationis Lauretanae Delegato, pecuniariis aliisque etiam corporis afflictivis poenis, cum praevio tamen ipsius Congregationis assensu, severissime mulctari et affici volumus atque decernimus.

Constit. Bened. XIV. die 8. Sept. 1749. (Bull. r. t. XVIII. p. 52.)

10. Nigrum.

(Quo tegitur Imago B. V. M. in Parasc.)

Vd.: Imago B. V. M. (expos. decr. n. 4153.)

11. Super Ostensorium.

Vd.: Instructio Clem. §. XIX n. 2—12.

Cur non adhibetur velum in processione SS. Corp. Chr.?

Vd.: Ibidem n. 6. 7.

Ad dubium: An in Missa expositionis SSmi Sacramenti pro Oratione quadraginta Horarum velo cooperiendum sit Ostensorium cum SSmo Sacramento postquam Sacerdos celebrans sumpsit Sanguinem, ut sic coopertum seu velatum permaneat super Mensa Altaris ad finem usque Missae? S. R. C. rescribendum censuit:

Negative seu super Mensa remanere debet nullo apposito Velo.

Atque ita rescripsit die 29. Martii 1851. N. 5160. ad 2.

Ad dubium: An liceat Feria V. in Coena Domini in Altari S. Sepulchri apponere Velum album, quod e magna Cruce descendens cooperiat Eucharistiam?

Emi et Rmi. P... respondendum censuerunt: „Non licere.“

N. 4766 ad 1. Die 8. Aug. 1835.

12) Pyxididis SS. Sacramenti.

Cf.: Cathedra Concionat. (Velum).

Decere deferri pyxidem, in quo est SS. Viaticum pro infirmis, coopertam etiam extremitatibus veli oblongi humeralis. n. 3504 die 21. Mart. 1699.

Sacerdos debet in benedicendo populo cum s. pyxide illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis. n. 4844 ad 5 die 23. Febr. 1839.

Vd.: Instr. Clem. §. IV. n. 5.

13) Ante SSmm infra concionem.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXII n. 8, 9, etc. §. XXXVI n. 9 etc.

14) Quo deferitur SSmm. (color.)

Vd.: *Instructio Clem.* §. XVIII n. 6-11; §. XIX n. 14. *Processio SSmi Regul.* (modus decr. n. 4130); *Benedictio Episcopi cum SS. Sacramento.* (decr. n. 5211 ad 3.) *Velum celebrantis; Expos. SSmi* (param.) *Pyxis* (expos. etc.)

Praeparetur die summo mane (in festo SS. Corp. Chr.) velum sericum album, amplum, auratum seu perpulchre ornatum, ponendum super humeros Episcopi, dum SSmm portabit. *Caer. Ep.* l. II. c. XXXIII. n. 14.

Velum Celebrantis in expositione SSmi nunquam alius nisi coloris albi sit, prout *vela* ciborii quoque necnon bursae et baldachini deferendo SSmo inservientes ex albi coloris panno confecto sint oportet. *S. R. C.* 9. Juli 1678 in *Taggen*; *Caer. Ep.* l. 1. c. 14, n. 1; *Conc. Prag.* 23. Sept. 1860 t. 5. c. 8.

S. VENANTIUS M.

(*Officium.*)

Urbis et Orbis.

SSmus D. N. Clemens Papa X. ad humillimas preces sibi porrectas per Emum D. Cardinalem Alterium nomine prioris et canonicorum S. Venantii martyris protectoris civitatis Camerini benigne inclinatus annuit et mandavit apponi in calendario breviarii romani officium praedicti S. Venantii martyris sub ritu semiduplici de praecepto recitandum die 18. Maii ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tum saecularibus tum regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, cum lectionibus propriis a. S. Rituum Congregatione approbandis. Die 23 Augusti 1670.

Anal. J. P. 1865 p. 1164 n. 1895.

Hymnus proprius vesperarum s. Venantii m. non potest assumi in Matutino et combinari cum hymno ejusdem Matutini ut ex duobus fiat unus. n. 3664 ad 9 die 22. Sept. 1703.

Ad dubium: Si contingant Festa sancti Venantii die XVIII. Maji et sanctae Julianae Falconieri die XIX. Junii ita transferri, ut habeant secundas Vesperas integras, an hymnus proprius primarum Vesperarum repetendus est in secundis Vesperis? *S. C. resp.:* „Affirmative.“

Atque ita rescripserunt ac servari mandarunt die 23. Maji 1835. n. 4746 ad 8.

VENERABILIS FRATER.

(*Titulus Episcopi a Pontifice nominandi.*)

Vd.: *Sacerd.* (ordinatus a Pontifice etc. §. 19 t. III pars I. p. 471.

VENERATIO

1) Beatorum, qui sunt ex populorum universali consensu.

Vd.: *Sancti; Canonisatio.*

Quomodo procedendum sit ab Ordinariis in confirmando vel denegando religioso cultu iis, quibus fuit aliquando ab universali consensione populorum praestitus, Syracusano Episcopo designat necnon casus in quibus Romanae Sedis judicium est requirendum.

Venerabili Fratri Josepho Antonio Episcopo Syracusano.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Efflagitari scribis ab Optimatibus Cleri et populi Syracusani restitutionem cultus jam pridem exhibiti Friderico Campisano, qui Isthic jam inde ab anno millesimo trecentesimo

vigesimo quinto, cum mortalitatem explevit, ab omnibus Beati nomine appellatus et in Beatorum numero est habitus. Quod universi Syracusani populi iudicium plura, quae in epistola tua congeris, probare videntur non levia argumenta. Campanas enim narras sua sponte edito sonitu Urbem omnem de ejus obitu monuisse; quo miraculo excitatum Episcopum cum universo populo illuc prope profectum, ubi Fridericus extremum diem obierat, sacrum corpus veneratum esse et Syracusas solemnem pompam translatum in Arca marmorea prope portam Majoris Templi collocasse: supra sepulchrum appositam ipsius Friderici Imaginem, faculas accensas, et hinc et hinc votivas tabellas circumjectas; esse qui in suis scriptis post duo saeculo illi nomen Divi tribuerit et adhuc aetate sua hunc cultum viguisse duo testari e Societate Jesu scriptores: baculum ejusdem Friderici cum caeteris Sanctorum reliquiis in Sacratio Syracusani Collegii Societatis Jesu asservari et in quadam tabula, quae in veteri Syracusarum extra maenia Majori Templo divi Joannis asservabatur, inter alia Sanctorum omnium Syracusanorum nomina, etiam B. Friderici nomen esse repertum.

§. 2. Cultum vero non interdictum aut vetitum sed aut vetustate absoluisse aut esse intermissum, quod Friderici corpus satis inconsulte cum aliis corporibus mixtum per occasionem Ecclesiae instaurandae in Beatae Virginis Sacellum translatum fuerit. De his vero omnibus, et si quae sint alia, quae diligenter in Epistola tua persequutus es, ordinaria auctoritate iudicandas probationes in acta publica redigat Fraternitas tua processumque constituat. Eo conjicias oportet legitimam et iudicalem Imaginis Friderici recognitionem, vetustatem etiam Inscriptionum rite examinandam, prae-

terea testium aetate seniorum dicta iuridice sumta; tum Auctorum, qui de Friderico memoriae prodiderunt, omnia, quae in literis tuis profers, testimonia: et si quidem ex his actis colligas, cultum Friderico fuisse exhibitum centum annis ante decreta praedecessoris Nostri felicis recordationis Urbani VIII., tum poteris illi cultum restituere.

§. 3. In quo examine omnibus adhibenda est diligentia, ne alterutrum contingat vel ut Beato cultus aboleatur, quem juxta decreta memorati praedecessoris Nostri Urbani sublatum non oporteret, vel cultus retineatur, qui fortasse tollendus esset quod non haberet vetustatem centum annorum a die, quo illa decreta sunt edita, retro computandorum. Quia vero, qui sapiens est, audit consilia, rem omnem antequam quidquam decernas cum Theologis virisque harum rerum intelligentibus communicabis. Quidquid autem egeris, id ordinaria tua factas auctoritate. Cum enim agitur de conservando cultu erga Dei Servos, quem obtinuerint vel ex Apostolicis indultis vel ab immemorabili tempore, Ordinarium solum est onus examinare, sintne vere in aliquo ex casibus a memorato praedecessore Nostro Urbano exceptis; et si viderint cultum eis exhiberi et casum esse inter exceptis, cultum abolere non debent; atque etiam servatis servandis, praesertim vero forma a Concilio Tridentino praescripta Sess. XXV. de Invocatione, Veneratione et Reliquiis Sanctorum, poterunt ferre sententiam, quae in his casibus Apostolica confirmatione non indiget. Caeterum Apostolicae auctoritati Nostrae tantummodo tunc esset in hac re locus, cum causae de casu excepto afferendae ad Apostolicam Sedem consueta via iniretur et ratio: tibi que Venerabilis Frater, benevolentiae erga te Nostrae pignus Apostolicam benedic-

tionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem die 16. Augusti 1763.

(Bull. r. Contin. t. II. p. 394 Ed. Romae.)

2) Signa exteriora.

Vd.: *Ritus graec.* (constit. Bened. XIV. Quo primum. etc. §. 33 et 38 etc.)

VENI CREATOR SPIRIT.

1) Conclusio.

Ad dubium: An in primo anni die Hymnus: *Veni Creator*, qui cantatur in Ecclesiis ad invocandum Sanctum Divinum Spiritum, debeat habere pro conclusione: *Jesu tibi sit gloria: ratione Octavae Nativitatis Domini, vel ista: Deo Patri ejusque soli Filio?* S. C. resp.:

„Concludendus cum Strophā *Deo Patri ejusque soli*“ n. 4681 ad 2 die 7. Apr. 1832.

(Vd.: *Veni Creator* — mutatio.)

2) Genuflexio.

Omnes debent genuflectere in recitando Officio in choro ad verba: *Veni Creator Sp.* n. 2345 ad 14 die 31. (Julii) 1665.

Ad dubium: An in hymno: *Veni Creator etc.* genuflectere intelligatur de tota Strophā, scilicet usque ad aliam respective: *Qui diceris etc.* S. C. resp.: Ad integram Stropham. n. 2805 ad 7 die 14 Novb. 1676.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXIV. n. 11.

Si fuerint hymni: *Veni Creator etc.* aut: *Ave maris etc.*, dum Episcopus intonat, omnes genuflectunt et statim ipse quoque Episcopus in suo genuflexorio ante altare, si adest, genuflectit, sin minus, in sua ipsa sede super aliquo pulvino permanens in genuflexione usque ad finem primi versus; quo finito

surgit surgentibus omnibus et stat, quousque perficiatur Hymnus cum versiculo et Responsorio. *Caer. Ep.* I. II. c. I. n. 12.

3) Habitus Intonantis ext. funct. sacras.

Precibus Parochorum loci vulgo Monte Granaro Archidioecesis Firmanae requirentium: an in extractione dotulium subsidiorum pro pauperibus puellis, quae ex dispositione testamentaria locum obtinet die XXV. Julii cujusque anni in parochiali Ecclesia, a qua dicta occasione amovetur SSmum Eucharistiae Sacramentum, Hymnus *Veni Creator Spiritus* a Testatore praescriptus intonandus sit a Parocho Colta et Stola induto? S. C. respondit: „Dicatur a Praeside, ut in Congregationibus sine habitu sacro.“ n. 4862. Die 3. Aug. 1839.

4) Indulgentiae.

Qui recitat hymnum: *Veni Creator etc.* non juxta correctionem metri sed juxta pristinum metrum, lucraturne Indulgentias? Doxologiae (hymni *Veni Creator etc.*) variatio intra tempus paschale et extra de essentia estne operis ad lucrandas indulgentias? In Gallis hymn.: *Veni Creator etc.* doxol. ab auctoritate episcopali proposita, qui praedictum hymnum recitant cum ista doxologia valentne suas illius facere Indulgentias?

S. C. resp. Negative in omnibus. Die 26. Julii 1855.

(Anal. J. P. 1857 p. 2860.)

5) Mutatio.

Ad dubium: Ultima strophā hymni: *Veni Creator Sp.* estne varianda quando dicitur extra tempus paschale et Pentecosten? S. C. resp.: Juxta alias decreta varianda pro temporum diversitate. n. 4859 ad 11 die 3. Aug. 1839. Confirmat. est die 7. Sept. 1850.

Addubium: Quaeritur quo modo concludi debeat extra tempus paschale Hymnus: *Veni Creator Spiritus?* S. C. resp.

„Dicenda Strophā: *Deo Patri sit gloria, ejusque soli Filio.*“

Atque ita respondit, declaravit ac in posterum servari mandavit die 28. Julii 1832. n. 4694 ad 4.

(Vd.: *Veni Creator* — conclusio.)

Ad dubium: An in precibus pro eligendo novo Episcopo in Ecclesia Cathedrali recitandis dicto Hymno: *Veni Creator Spiritus* in v.: *Emitte Spiritum tuum et creabuntur*, dicendum sit: *creabitur loco: creabuntur?*

Et S. Eadem C. . . . respondendum censuit: „Nihil omnino variandum vel immutandum.“

Et ita rescriptit. N. 5177. ad 2. Die 25. Sept. 1852.

Ad dub.: An infra octavas Beatae Mariae Virginis hymnus: *Veni Creator Spiritus* concludi debeat: — Jesu tibi sit gloria, vel: Deo Patri sit gloria?

S. C. resp.: Detur decretum in una Piscien. diei 3. Augusti 1839 ad dub. XI. Die 7. Septbr. 1850.

(Corresp. de Rome 1851. Ed. II. n. 59. p. 223.)

VENITE ADOREMUS etc.

(*Genufl.*)

Omnes debent genuflectere in recitando Officio in choro ad verba: *Venite adoremus — Deum.* n. 2345. ad 14. die 31. (Julii) 1665.

Ad dubium: An ad verba Invitatorii: *Venite adoremus et procid. ante deum*, ad verba: *Et incarnatus est*, et alia similia genuflexionem requirentia, sit genuflectendum etiam a cantoribus ad ambonem, dum ea proferuntur actualiter vel post finitum ver-

sum . . . ? S. C. resp. Serventur rubricae Missalis, Brev. et Caerem. Ep. sic tamen ut quando mora genuflexionis est *brevis* haec fiat dum verba, quae cantantur, genuflexionem exquirant. Quando autem mora est *longa*, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, genuflexio peragatur *sub finem* verborum. n. 4072 ad 5. die 8. Mart. 1738.

Cum cantatur *venite adoremus et procidamus ante Deum* ipse Episcopus et omnes de choro ac alii ministri genuflectant. Deinde surgunt et stant donec finiatur hymnus. *Caer. Ep.* I. II. c. V. n. 2.

Cum cantatur: *Venite ador. et proc. ante deum* tam ipsi contores et celebrans quam alii omnes genuflectant, postea surgunt et prosequuntur: *Floremus cor. Domino etc.* *Caer. Ep.* I. II. c. 6. n. 8.

VENITE EXULTEMUS.

In fine psalmi *Venite exult.* tempore Passionis esse ommittendum *Gloria Patri* et repetendum Invitator. integrum: *Hodie si vocem — corda vestra.* n. 2506 ad 3 die 21. Junii 1670.

VERBUM CARO F. EST.

(*Genufl. Episcopi.*)

Episcopus celebrans tertiam missam Nativit. in Pontificalibus debet genuflectere ad: *Verbum caro factum est*, dum *Diaconus Evangelium canit.* n. 3786 ad 5 die 28. April 1708.

Cf.: *Incarnatus est.*

De Genuflexione in missa cor. SSmo exp. ad Verba: Et Verbum etc. Vd.: *Instr. Cl.* §. XXX n. 19. 30.

S. VERONICA JULIANA.

Urbis et Status ecclesiastici.

Porrectis SSmo. D. N. Gregorio Pa-